



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R.P. Valentini Mangioni Per Vsini E Societate Iesv, In
Signatura Sacra Pœnitentiariæ S.D.N. Papæ Consultoris
Theologi De Religiosa Pauptate non excludente rerum
Dominium nec Ius testandi Opvscvlvm ...**

Mangionius, Valentinus

Coloniæ, 1639

Sectio Prima. Nullus Auctor negat, Scholares Societatis suorum bonorum
Dominium actium particulare retinere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63077](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63077)

laboravi, Scriptum scilicet illud, quod Consultatione reieci, fonticulo aliquo Theologico irrigatum fuisse.

Quartò, Tam absurdæ opinionis, quam Auctor mordicus defendendam arripuit, Adstipulatorem esse omninò nullum.

Quintò, locis à me adductis è Societatis Statutis, & GREGORII XIII. Constitutionibus, (in quibus Iuribus, huius causæ inter Titium & Caium firmamenta sunt) nullam hactenus vel probabilem responsionem afferri potuisse.

Ex his ea, quæ primo, secundo, ac tertio loco dixi, liquidò constabunt conferenti Scriptum illud, & hanc *Epopsin*; quæ verò quarto, ac quinto loco significavi, facile etiam per se Lector serio animum intendens, deprehendere posset; libet tamen utrumque planissimè exponere, & hoc labore illum leuare.

SECTIO PRIMA.

Nullus Auctor negat, Scholares Societatis retinere Dominium particulare suorum Bonorum.

PRincipio aio, Neminem prorsus asserere, Scholares Societatis post vota simplicia (substantialia tamen) Religionis, non retinere propriorum bonorum Dominium, ac possessionem. Referuntur quidem in *Epopsi*, Horatius Mandosius, Emanuel Rodriguez, Romanus Hayus, Hieronymus Gabriellus, Alphonsus Rodericius, & Martinus Nauarrus.

H 4

sed

sed perperam intellecti: si non ad fallendum inducti. nolo tibi fidem adhiberi, sed ipsis Auctoribus omnia alia dicentibus.

Prodeat in prima acie *Horatius Mandosius*, cuius vestigia premunt *Rodriquez & Hayus*. Is tractat de priuilegio ad instar. *Glossa. x. num. 10*. proponit questionem, *An Societas IESV dici possit de Ordine Mendicantium?* & cum *num. 13.* attulisset argumentum pro parte negativa, quia Collegia Scholarii eiusdem Societatis bona immobilia, annuos redditus, pluraque alia in communi retinent; *numer. 18.* decernit, esse Religionem Mendicantem. Ad argumentum verò propositum *numer. 24.* sic respondet. *Vltimo non obstat, quod in eâ Religione adsint Scholares, qui non videntur mendicantes. Primum, quia si presupponamus, ipsos ex priuilegijs Apostolicis in communi habere bona immobilia, & redditus annuos, & in particulari nihil possidere (quod forsan, qui eorû Constitutiones, & Confirmationes Apostolicas viderit, attentare posset: licet id mihi non satis tutum videatur) possent etiâ illi mendicantes dici, habito saltem respectu, quod ipsi mendicare cogentur; si de facto bona aliqua, aut redditus non haberent. quod etiam videmus in Heremitanis, qui sunt mendicantes, licet ex priuilegijs Apostolicis possint bona immobilia in communi possidere. Secundò, quia si rectè quis intueatur; ipsi Scholares, ut ex serie Constitutionum apparet, nihil possident in communi, aut in particulari. Nam Prepositus Generalis est gubernator Collegiorum, & reddituum annuorum distributor, quos pro Scholarii victu, vestitu, alijsque necessarijs, & pro Collegij sustentatione expendit, (nihil tamen pro se, aut Societate*

Societate

cietate retinendo) & huiusmodi Scholares nihil certi habent, nisi id, quod à Preposito Generali ex benignitate quodammodo suscipiunt. Quare & ipsi quoque mendicantes fortè dici possunt. Hæc Mandosius, in quibus apertè dicitur Scholares nihil possidere in particulari, quod etiã dixerat num. 12. in argumento, & Gloss 2. num. 10. In eadem sententia sunt etiã, vt significauit, Rodriguez tom. 1. qq Regul q. 2 art. 9. §. præterea si qui rectè, & Romanus Hayus tract. An monasteria sine extincta q. 1. num. 79. transcribentes ipsissima Mandosij verba.

Respondeo. Magnoperè decipi Auctorem Epipseos, dum, quæ affert ex his Doctoribus asserentibus, Scholares Societatis nihil possidere in particulari, intelligenda esse putat de Dominio, & possessione bonorum propriorum, quæ ipsi Scholares habent in sæculo & de quibus nostralis est. Nam verba Mandosij, & Rodriguez, accipi omninò debent de bonis Collegiorum, quorum ipsi Scholares membra sunt; & respectu horum bonorum verissimum est, eos non habere Dominium aut possessionem in particulari: imò iuxta secundam responsionem, (de qua iam non quæro) quæ magis probatur Mandosio & Rodriguez, neque habent Dominium in communi; probatur euidenter, sermonem esse de bonis Collegiorum, quia Mandosius & Rodriguez, eiusdè Mandosij & sententiam, & verba usurpans, in eum finem asserunt, Scholares Societatis nihil possidere, neque in communi, neque in particulari, vt probent Religionem Societatis esse mendican-

tem; & probant assumptum, quia bonorum, que Collegia possident, omne ius, & administratio spectat ad Præpositum Generalem, & non ad ipsos Scholares. ergò bona, quorum Dominium & possessio denegatur Scholaribus in sententiis horum Doctorum, sunt bona eorundem Collegiorum, non autem bona propria, & paterna, de quibus nos disputamus, & respectu quorum Generalis nullum ius habet, nec est distributor; & in hoc sensu manifestissimè accepit Doctrinam s. Mandosij & Rodriquez, Romanus Hayus loco citato. ubi quærit an spoliato aliquo Collegio Societatis, Scholaribus competat vlla actio, & ius repetendi illud Collegium. & Respondet non competere. quia ipsi Scholares, inquit, spoliati non fuerunt. cum secundum prædicta (relata ex Rodriquez & Mandosio) nihil in communi aut in particulari possederint. Qui autem nihil possidet, omnino non potest possessione spoliari. Itaque ratio Romani hæc est; Scholares non posse dici spoliatos aliquo Collegio: quia nihil possident in communi, nec in particulari; nihil vtiq; respectu bonorum Collegij adempti, & spoliati. nam quòd nihil possideant ex bonis proprijs & paternis, nihil facit ad hoc, vt non possint agere de spolio respectu Collegij spoliati, cuius ipsi membra sunt. plurimum autem facit, si nihil possideant nec in communi, nec in particulari, respectu bonorum Collegij eiusdem. Maneat ergò illos Auctores falsò adduci ad confirmandam illam opinionem de non retentione Dominij respectu priorum bonorum, de quibus nostra Controuersia est, atque

que adeò Auctorem *Epopseos* illa loca transfuerim
inspexisse. utatur in posterum, si sapit, meliore
dioptra,

Sed iubet nos notare benè quædam *Mandosij* &
verba supra allata. Sunt autem hæc: *Si supponamus*
ipso (Scholares) *ex privilegijs Apostolicis in communi*
habere bona immobilia, & redditus annuos, & in particu-
lari nihil possidere (quod forsàn, qui eorum constitutiones,
& confirmationes Apostolicas viderit, attentare posset, li-
cet id mihi tutum NB. non videatur.) Non satis capio,
quid hic notari velit tam diligenter. Adesdum er-
gò, bone vir, agamus paucis inter nos familiariter.
Quid ais, verbis *Mandosij*, non esse tutum?
attentare. Quid attentare? dicere. Quid dicere?
Scholares Societatis ex Constitutionibus suis & confir-
mationibus Apostolicis habere in communi bona tempo-
ralia. Si hoc vis; primum nihil ad rem nostram,
qui controuertimus de dominio particulari. De-
inde tecum ipse pugnas, qui in Scripto illo tuo
ex auctoritate *Mandosij* toties ingeminabas,
Scholares Societatis retinere Dominium in commu-
ni, & hoc illud esse Dominium, quod tam clarè
Constitutiones Societatis, & Pontificiæ conce-
dunt iisdem Scholaribus. Non hoc, inquis, volo.
Quid ergò illud est, quod putas non esse tutum
affirmare? Aliud, inquis, membrum orationis *Mando-*
siana (& sanè ita velle debet, quia nihil est tertiū)
hoc est Scholares Societatis in particulari nihil possidere.
ain' verò nō esse tutum dicere, Scholares nihil in
particulari possidere? ergò tutum est dicere ali-
quid possidere in particulari. miseret me tui, qui
sic

sic

sic indulgeas affectibus; vt, quia magnum au
 ritatis pondus putas esse in *Mandosio*, cogas
 mentiri verbis tuis, & non solum hoc loco
 expenso: sed etiam *Glossa xi. num. 13.* dum *Ep*
num. 23. ais, *illum plurima verba profundere de*
spondendi eorundem Scholarium, & de facultate
Nouitijs tantum concessa. miror profecto
 argumentorum inopiâ laborare te, vt
 Clarissimo talia affingas, qui vix tribus verbis
 git de iure disponendi, & solum ait, *Nouitios*
testari, & tu de tuo addis illam vocem *tantum.*
 nimirum volebas aliquid etiam afferre ex
dosio tanto viro, quo probares, non habere
 lares Societatis, facultatem testandi; ideo
 illum eandem facultatem *Nouitijs tantum*
 cessisse, vt per *subauditum intellectum*, vt tu loqueris
 à contrario sensu, defectus eiusdem facultatis in *Scholar*
bus indigatur. Sed nimis multa de *Mandosio,*
driquez & Romano. Ridiculum tamen fuit
 primipilos in aciem eductos pro *Epopsios*
 noluisse pugnare.

- 7 Spectemus iam succedentes. *Hieronymum*
brielium, & Alphonsum Rodericium. ille *conf. 28. lib.*
vers. neque vero. vnico solum verbo ait, *Scholares*
 Societatis possidere bona in communi, neque
 hoc obstare, quò minus Societas, dici possit
 ligio mendicans, illam verò vocem *solummodo*
Auctor Epopsios num 17. addidit de suo, *diffusus,*
 pinor, posse per *subauditum intellectum* à contrario
 sensu indigari, *Scholares Societatis non possidere*
 bona in particulari. certè alia omnia ibi agit
brielius.

celius, quam ut probet, Scholares retinere solū
 Dominium in communi. qua ergò fide, Aduer-
 sarius ait, *id ab eo latissimè comprobari*: Codex est in
 manibus. consulatur.

Iam verò Rodericius tract. 3. c. 5. verissimè docet, 8
 Et. & mendaciter esse pauperem, & specie tenus Reli-
 giosum, qui omnem erga diuitias, & facultates affectum
 non exuit. Sed falsò argumentatur Aduersarius, eū
 affectum exui non posse ab illis, qui in Societate
 Dominium retinēt, deponendum præsertim ar-
 bitrio, & nutu Superiorum: Iobus, Abraham, & pri-
 ori illi Patriarchæ, & tot non solū Episcopi, & Pon-
 tifices Maximi, sed etiam Reges potentissimi post
 euangelium, ditissimi fuerunt, atque san-
 ctissimi: & in hac minimâ Societate non deside-
 rantur per Dei gratiam, qui, omnes boni Reli-
 giosi numeros expleant cum retentione Domi-
 nij, destituti vsu, atque administratione bonorū,
 quæ proinde habent tanquam non possidentes.
 Ex his videre licet Gabrielium, & Rodericium por-
 te non produci ab Aduersario: cum de reten-
 tione Dominiij propriorum paternorum bono-
 rum, ne meminerint quidem.

Ventum est ad triarios, ad Martinum Nauarrum 9
 Doctorem, ut verè ait Aduersarius num. 18. omni ex-
 ceptione maiorem, & ob summam Iuris vtriusque sapiē-
 tiam, & mores integerrimos meritò laudatissimum,
 qui eidem instar multorum est. Is de redditibus
 Ecclesiasticis monito 55. numer. 19. (Epopsis habet
 §. 59. quem ego locum diligentissimè qua sitū
 non reperi) hæc verba habet, quæ tamen eandem
 sen-

sententiam continent. Quia etiam votum Paupertatis simplex obligat vouentem ad sui obseruantiam, & sequenter, ne velit sibi Dominium aliquod querere, & bus illis tanquam earum Dominus vti, iuxta illud, vobis & reddite & paulò post. Nam licet dicamus, quod qui Paupertatem vouit simpliciter, non fieri incapax quominus si emeret, aut hereditatem, aut donationem acciperet, fieret eius Dominus; oportet tamen dicere, quod peccat volendo emere, vel emendo aliquid, vel suum, aut hereditatem, vel donationem acceptando, qui post Paupertatis votum etiam simpliciter emissum, aliquid querit, etiamsi faciat illud suum; tamen non poterit vti tanquam suo. Hæc Nauarrus. in quibusdam verbis quidem est, quo prohibeatur, Scholares Societatis non posse retinere Dominium bonorum suorum, etiam licitè, (Nam quod validè teneant, & acquirant, disertè affirmat) & ratio est, quia Nauarrus loquitur de voto simplici emissum extra Religionem, & factum simpliciter, id est sine vlla limitatione & conditione, & cum intentione se obligandi, quantum quis se obligare potest, & sine dubio potest se obligare ad omnia, quæ ibi idem Nauarrus habet, qui cum dicitur etiam, non tolli per tale votum Ius, & capacitatem Dominij; suppeditat argumentum, quo confirmatur Doctrina à nobis tradita, nimirum neminem propriam solum voluntate sine administratione legis positivæ posse à se auferre Dominij capacitatem. Scholares autem Societatis non vouent simpliciter Paupertatem, id est, sine limitatione & absque vllâ conditione, sed cum addito, hoc est

Secundæ Constitutiones, vt expressè habetur in Formulâ votorum. Constitutiones autem concedût Scholaribus retentionem Dominiij, exuendam tamè ad arbitrium Superiorum. neque est quod Aduersarius dicat, votum Paupertatis Scholariû esse votum substantiale Religionis: quia cum nõ sit solemne, sed simplex; non obligat plus, quàm sit intentio Religionis, & vouentis: intentio autè vouentis, & Religionis non includit dimissionẽ Dominiij, sed potiùs retentionem ob causas, quæ in ipsis Constitutionibus, & Pontificijs Declarationibus cõrinentur. Et si loquamur de Iure diuino; votû substantiale Religionis, solû obligat ad nõ vtendû vlla re tâquam propria, vt latè probati in Consultatione, & in hac ipsa Apologiâ. Et non dissentit *Author Epipseos*, qui num. 74. affirmat, *Religiosum priuari Dominio tantum Iure Ciuili Canonizato in c. quia ingredientibus.* quod Ius est multo posterius primis illis sæculis, in quibus fuerunt sine dubio verè & propriè Religiosi, & quo Iure communi, non regulatur, quoad hoc, nostra Societas, sed suis particularibus Statutis ab Apostolicâ Sede confirmatis & declaratis.

Ex hæctenus dictis habemus, nullum ad hanc vsque diem Scriptorem esse, qui neget, Scholares Societatis retinere post vota Dominium priorum & paternorum bonorum. Notet hoc benè Caius: nec se decipi patiat, quasi nobiles Scriptores habeat pro suâ opinione. Re enim verâ ne vnum quidem habet. Notent, rogo, etiam Iudices Causæ, & pro sua sapientia decernant, an

vni Causidico sine lege, sine authoritate Scriptorum habenda sit fides.

10 Sed in *Epopsi* producuntur tria alia paria admodum Reuerendorum, & Eximiorum Doctorum, qui videri possunt in *Adiunctis litteris B & E*. Verum quod pertinet ad duos illos Theologos, qui post demandatas sibi die 9. Iulij 1635. à Iudicibus partes considerandi, & referendi, quid iuxta Pontificum sanctiones censendum videretur in *Causâ retentionis Dominij post vota simplicia in nostra Societate*; nulla eorum Resolutionis ratio habenda est, quando & illi ipsi Iudices nullam habendam esse iudicarunt; ideoque Titio causam adiudicarent. & sanè nullum ius permittit, vt duorum hominum priuatorum, quamuis doctissimorum, opinio, sententiâ, legitimâ authoritate latæ anteferatur. Conqueritur quidem Auctor *Epopsorum*. 2. Iudices illos iniquam sententiam dedisse, & sibi putat omnia salua esse propter adiunctam præfationem honoris: ac se tueri clypeo nonnullorum aliorum, quos post eius sententiæ promulgationem ait *spiritu veritatis afflatos in scripto quodam prædictæ Resolutionis iudiciali sententiæ reprobata confirmatorio demonstrasse contrarium*. Sed quantæ, Deus immortalis, est hoc audaciæ? vocare iniquos in hac nobilissima Republica Iudices à sapientissimo integerrimoque Principe constitutos, eosque sic publicè traducere; nec dubitare ijsdem nescio quorum opinionem, nullo, ne verosimili quidem argumento, nixam præponere. imò dicere audere, cōtradictores hocce fuisse

Spiritus

Spiritu Veritatis afflatus? profectò emunctæ naris non nemini aliquid hîc subolet, ex quo meritò magna labes timeri possit.

Sed placet obiter quatuor reliquorum Ad-
modum Reuerendorum, & Eximiorum Docto-
rum (quos constat ex *Adiunctu Epopsi Litera E.* esse
eosdem, qui illi Scripto confirmatorio subscri-
psere) placet, inquam, eorum testimonia nonni-
hil examinare: vniuersè autem non satis consti-
tuo, quid dicam. hoc vnum persuasum habeo, il-
los in sententia non permanere. Si enim perman-
ent; Cur huic quoque *Epopsi* sua nomina nõ sub-
iecerunt? An quia in ea non pauca sunt contra re-
ceptissimas ipsorum sententiâs? qualia sunt: Quòd
solemnitas voti, ad voti substantiam non perti-
neat: quòd inter votum solemne, & simplex nul-
lum sit discrimen: quòd Religiosus non priuetur
Dominio per emissionem votorum, nec per so-
lemnitatem votorum eorundem: quòd Ius civile
tantùm canonizatum vim habeat priuandi Do-
minio Religiosos? An quia operi Auctoris igno-
ti sui nominis pondus adiungere recusarunt; ne,
si quid fortè sinistri accideret, (quod sanè peri-
culum ego non præstiterim) hanc causam suam
facerent? An quia quando illud Scriptum appro-
barunt, fecerunt inauditâ parte? nunc autem au-
dita, & intellectâ, & re totâ diligentius discussâ,
iudicium, quòd tunc tulerunt, iam vel mutarunt,
vel saltem suspendere coguntur? Vt cunque sit, *E-
popsi* sine vllius Doctoris approbatione vulgata
est, & causa *Caij* in *Epopsi* num propugnata, an po-
tius

tius prodita & nullius prorsus Doctoris auctoritate fulcitur. Vtique adeò verum est, quod extremâ hac Apologiâ dicebam, Caium in illâ hereditatis contouersiâ non fouere bonum ius, nec sequi opinionem probabilem, errore vnius tantû hominis miserabiliter inductum; dignum tamen venia, quod in talem Duce[m] incidit.

SECTIO SECVNDA.

Textibus Constitutionum Societatis & Pontificum nulla idonea solutio allata est.

22 **R** Estat iam alterum, quod in hac Appendice me facturum esse promisi, vt demonstrarem, manifestissimis Constitutionum Societatis, & Pontificum textibus, (in quibus cõceditur Scholaribus post vota simplicia retentio Domini) nullam hactenus congruentem, vel probabilem responsionem afferri potuisse. Inficiatur quidem Auctor *Eppseos*, textus à nobis propositos, & explicatos in Consultatione esse manifestos. imò vocat *obscuros, & ambiguos*, idque auctoritate *Mandofij tract. cit. Glossa xi. num. 24.* quod ibi, vt supra vidimus, dicat *non satis tutum sibi videri iuxta Constitutiones affirmare, Scholares non retinere Dominium in particulari*, quod tamen non affirmat *Mandofius*, qui solum dubitat ibi, an sit tutum dicere Scholares Societatis retinere Dominium in communi. imò in secunda responsione illi magis probata negat. Sed hoc nihil est ad rem. Nam *Mandofius*, eo loco, vt supra probaui, agit de Dominio bonorum Collegij, in quo Scholares existunt: non autem de Dominio bonorum proprio.